der
e.
8
N

LISBOA & C.ª
ENCADERNADOR
Largo do Carmo.

Pag 282

Inc. 1298

1109

F. 1. 11

Augustinus Datus

Aliqua documenta diligentissime composita

1
29

Auguſtini daci uiri diſertiſſimi aliquã docu
menta diligentiſſime compoſita ad Antoniũ
amicum ſuum cariſſimum
Incipiunt·

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Redimus iamduduꝫ ã pleriſqꝫ uiris· etiã
diſertiſſimis perſuaſi· tum demum artẽ
quampiam in dicendo nullam adipiſci·
ſi ueterum atqꝫ eruditorum ſectatus ue
ſtigia· optima ſibi quiſqꝫ ſemper ad imitandum ꝓ
poſuerit· Neqꝫ eniꝫ qui diutius in Ciceronis lecti
one uerſatus fuerit· non eſſe in dicendo et orna
tus et copioſus poterit· Nam et aridiora crebriꝰ
cõſectati· ip̄i quoqꝫ aridi ieiuni et ĩculti fiãt neceſ
ſe ẽ· Lectitanti igitᷣ mihi Ciceronis uolumina· quẽ
eloquentie parentem merito appellamus· pauca
annotatione digna uiſa ſunt· quibus ſi utamur·
uulgarium ſermonem aſpernati· ad eloquentium
orationem proximi accedemus· Sed tamen id in
primis quiſqꝫ admonendus ſit· ꝙ rethor diligen
tiſſimus et inſignis orator Fabiuſquintilianꝰ de
orationis partibus dicere conſueuit· Neqꝫ enim
leges ſunt oratorum quadam ueluti immutabili
neceſſitate conſtitute· nec rogationibus· ut idem
dicebat plebiſueſcitis facta ſunt iſta p̄cepta· ſed
uti in ſtatuis· picturis poematibus ceteriſqꝫ· Ita
in̄ exornanda quoqꝫ eloquentis uiri oratione plu
rimũ ſemp decoris ac uenuſtatis habuit uarietas
Atqꝫ quod dici ſolet cauendum tenendumqꝫ illud
eſt ante omnia· ne ars ulla dicendi ſi fieri poteſt

Inc. 1298

eſſe uideātur· Hec igitur lex prima ſit commūta
tionis uarietatiſq; quam eruditoruꝫ aures nō dif
ficile iudicent·Hoc igitur iacto fundamento· per
pauca deinceps ſcribam amice ſuauiſſime·que et ſi
non ſemper ut plurimum tamen hiis rationibus ti
bi ſeruanda erunt·Sed iam noſtri inſtituti ita noſ
cetur exordiuꝫ· Plerumq; enim qui oratorie artis
floribus et faleratis ut aiunt ſtudent uerbis con
traq; tritam uulgatāq; grāmaticorum conſuetudi
nem quod in calce abſolute orationis locari cōſue
uit id illi potius coaptant initio· quod omne tibi
fiet exemplo manifeſtius·Scis plenam orationeꝫ
cōſtare tribus partibus quod ſuppoſituꝫ·ut eorū
ipſorum uocabulis utar ·quod uerbum quod appo
ſitum uocant· dicunt igitur grāmatici Scipio afri
canus deleuit cartaginē· Ornatioris uero eloquii
homines conuerſo potius utuntur ordine· Carta
ginem Scipio affricanus deleuit Illi·M· cicero fa
miliariter utit̃·P·lētulo· Nos uero·p·lētulo·M·
cicero familiariter utit̃·Quibus plane exēplis pa
tet̃ arbitror appoſitū primū·ſuppoſitū mediū·no
uiſſimum uero locum tenere uerbum·Sed et ſi qđ
pro grāmaticorum more poſt appoſituꝫ ſitum erit
id in initio orationis poni ſolet· Cuius rei exēpla
ſubnectam·Scipio emilianus euertit Numātiam
Vrbem opulentiſſimam·Vrbem Numantiaꝫ opu
lentiſſimam Scipio emilianus euertit· Non igno
ras eſſe multa epiſtolarum genera· Epiſtolarum
genera multa eſſe non ignoras· Ligurgus condi
dit ſanctas leges lacedemoniis· Lacedemoniis le

ges ſanctiſſimas ligurgus condidit. Multaq; con
ſimili ratione. Appoſitū igitur plerumq; initio po
nitur. ſuppoſituʒ in medio. in fine uerbuʒ. ut Ari
opagum Solō ſalaminis primus conſtituit. Ceteꝝ
diuerſis et ordinibus et locis locāde partes ſunt.
pro auriuʒ iuditio. quod quidem ſolo uſu compara
tur.

Iam uero de aduerbiis. que ſunt ueluti adiecti
ua uerborum dici poteſt paſſim ubi uis loci ponen
da eſſe. ubi demum aptius congruere uiſa fuerit
modo in principio. modo in fine. modo interiecta
inter utrūq;. q̄ in re diligētiē utenduʒ cōſilio ſed
prope uerbum frequentius peruenuſtam reddūt
orationem. Vt fabius max. ante alios fortiter at
q; animoſe pugnabat. C. Lelius Scipione familia
riſſime utebatur. Clemētiſſimꝰ Ceſar humaniter
ignoſcebat. Nunc uero ad reliqua.

Prepoſitiones perpulchre inter ſubſtātiua at
q; adiectiua inſeruntur. Vt ferace in agro. Orna
tiſſimo in loco. maximas ad res. Hanc ob cauſam.
Iuſtis de cauſis. Aliaq; huiuſcemodi cōplura. Nec
prepoſitiones ſolum. ſed et alia q̄ plura cuiuſmōi
nunc ſumemus exempla. Maxima in rempublicaʒ
diligentia. Magna in parentes pietas. Incredibi
lis in omnes ciues obſeruantia. Summa in hoſpi
tes liberalitas. Atq; etiam perpulchrum inter du
os caſꝰ. puta nominatiuos. duo genitiui. quotidie
ponuntur. Vt omnia reip. iura. Conſtantes mili
tum animi. Immania ſceleratorum hominum fla
gitia. Et ēcōuerſo et cōſtituta ac trāſpoſita ora

tio plurimū exornat·ut huiꝰ claritudo uiri·Huiꝰ
quirites auctoritas loci· Venuſte etiam plerumqꝫ
procedit adiectiuum nomen ſubſtantinum·ut tua
dignitas·optima uirtus·diuinum ingenium exqui
ſita doctrina· Magni enim refert·quo loco queqꝫ
dictio ſit a ſit·quod teſtatur Boetius in hiis cōmen
tariis quos in Ariſtotelis libros ſcripſit· ubi et ci
ceronis exemplum et Virgilii ponit·Boetii auteꝫ
ipſius hec uerba ſunt· Etenim quantum ad cōpo
ſitionem orationis ſpectat·maximum differt·quo
uerba et nomina predicationis ſine ordine prefe
rantur et multum enim intereſt in eo quod ait Ci
cero·Ad hanc te amentiam natura peperit uolun
tas exercuit·fortuna ſeruauit·Ita dixiſſes·ut di
ctum eſt·an ita· Ad hanc te amentiam peperit na
tura exercuit uoluntas·ſeruauit fortuna·Sic enī
minor eſt ſententie magnitudo· minuſqꝫ in ea lu
cet id quod ſi ſic componatur eminet·et ſeſe ulᵒno
lentibus hominū auribus animiſqꝫ patefacit·Rur
ſum quom dicit Virgilius·paciqꝫ imponere moreꝫ
potuiſſet ſeruare metrum ſi ita dixiſſet moremqꝫ
imponere paci·ſed eſſet debilior ſonus ne et eo ri
tu uerſus tam preclare ut nunc compoſitus diceṫ·
quod idem non eſt apud dyaleticos·Hec Boetius
Nunc uero ad reliqua·

Negatiua dictio apte in calce orationis poniṫ·
Vt preſtantiorem te uidi neminem Scipione clari
orem in bellicis laudibus inuenies neminem·Tua
in me beniuolētia·tuo in me animo gratius eſt ni
hil·Qui te ardentius amet habes neminem·Sed

poſſeſſor ãteq̃ poſſeſſio·Optimi uiri diuitie prẽ
ſtantis uiri uirtus· prudentiſſimi hominis conſili
um

Quid uero pulchrius q̃ ſi pro gerundiis que ap
pellant utemur gerũdiuis nominibus · Attritum
eſt id priſtiani exemplum· Veni cauſa amãdi uir
tutem·Veni amande uirtutis cauſa·Gratia gerẽ
di belli·Gerendorum bellorum gratia· Ad ãplex
andam uirtutem magis q̃ ad amplexandum uirtu
tem dicimus· Que eſt una preceptio optima·cre
braꝗ eius apud·M· tullium alioſꝗ eloquentes ui
ros fuit ſemper obſeruatio·Nunc autem multa
conficiaꝫ·que ſi diligenter aduerteris haud parũ
latino ornatoꝗ conducent eloquio·Sed id mihi im
primis animaduertendũ uidetur·ut cum tria fue
rint antecedens·conſequens·et eorum medium·
relatiuum nomen ſi id conſequens ſit uel hominis
uel rei cuiuſpiam proprium nomen· cum relatu cõ
ſequenti ſemper congruat· Alioquin nõ latina ſit
oratio·ſed a doctiſſimoꝝ hominuꝫ conſuetudine
aliena·alias poteſt cum alterutro conuenire ſi nõ
cõſequatur proprium nomen·quam rem facile ex
empla declarãt·et priſcorũ auctoritates cõplures
M·Ci·prĩo tuſculanaꝝ queſtionũ Studio ſapiẽtie
q̃ philoſophia dicitur· et ſexto de rep·Conſilia ce
tuſꝗ hominũ iure ſocrati· q̃ ciuitates appellantur
atꝗ iteꝝ·Ex illis ſempiternis ignibus·q̃ uos ſide
ra et ſtellas nũcupatis·Saluſtii quoꝗ illud tritũ·
Eſt locus in carcere quod tullianũ dicit·Innume
rabilia in uetuſtis codicibus id genus inuenias·

Adhec ideſt grāmatice artis uitiū quod quidā ig narí litterarū arbitrātur. Sed et nos aliqd exem plorū afferamus. Preclaruꝫ ē Ciceronis opus qui Cato maior dicit. Nā quod Cato maior dicit non latine ꝓfertur. Cōſimiliter Vrbis uiſceribus con ſulendū ē qui ſunt ciues. Perditi uiri ex urbibus pellēdi ſunt. q̄ eſt et ciuitatuꝫ pnities et ſent ma dedecoris. Plerūq̄ igit relatiuū nomen cuꝫ eo con cors eſt quod conſequit. Illud quoq̄ inſpectandū ē. Nam cū tria exiſtāt quorū unū relatiuū nomē ſit. frequētiſſime eorū duo in eiuſdē caſus exitu cōueniunt. Nam ut exēpli cauſa dicaꝫ aliquid. Si quis hunc ſermonē protulerit. liber in quo de uir tute agitur preclarus eſt. Rectius atq̄ ornatius dixit. In quo libro de uirtute agit preclarus eſt. Concordāt namq̄ eodē caſu ex tribus duo. Illa q̄ maiore in ciuitate iuncta ſunt. Aliud item exēplū h uiuſcemodi ſit. Quas miſiſti litteras ad me iocū diſſime mihi fuerūt. Sermonē quem audiſtis nō ē me9. Quā exiſtimas demoſchenis oratō eꝫ. Eſchi nis eſt. Atq̄ huius ſermonis crebruꝫ inuenire po teris apud ueteres uſum. M. tullius de officiis. primo. Quorū autē officiorum precepta tradunt ea quāq̄ pertinēt ad finem bonorum. Virgili9 ma ro in eneide. Vrbem quaꝫ ſtatuo ueſtra eſt. Terē tius in andria. Poſt hac quas facio comedias ſpe ctāde an exigēde ſunt nobis prius. Idem populo ut placerēt quas feciſſet fabulas. Ideꝫ. Quas cre dis has non ſunt uere nuptie. Atq̄ huiuſcemodi ſermo plurimum exornat.

Et Terrentiana Miſis glicerium alloquens amicā
Pamphili · Iam tibi inuentuꝫ curabo atq̄ adductū
tuum Pamphilum · Omnia nāq̄ illa conſulto facto
inuentum et adductum conſulere facere inuenire
et adducere deſignant Verum oratores frequen
ter hiis rationibus ablatiuorum caſuum utuntur
accuſatiuorum perraro ·

Et quoniam de nomine quidem opus attulimꝰ
mentionem intelligendum eſt · Eſt opus mihi hac
re · ſignificare me egere hac re · Sed hiis uariis caſi
bus iungi ſolet · Nam et opus eſt mihi tua opera
nominatiui caſus et tue opere et tuam operam et
tua opera dicimus · Sed hoc poſtremum ornatius ē
et notum oratorium · Ceteris orationibus poete
potius hiſtoriciq̄ utuntur · Nos autem quedam p̄
cipimus ut et cognoſcamus a ueteribus uſurpata
eiſdemq̄ utamur quedam uero ut nonnūq̄ cognoſ
camus ſolum · Nam opus eſt mihi hanc rem nunq̄
orator dicit · Quid illud nonne pulcherrimum eſt
ut cum duo nomina alterum adiectiuum · alterum
ſubſtantiuum eodē caſꝰ exitꝰ ꝓferri debeāt · ut
ſepe celeberrime quodāmodo terciam adiectiui no
minis uocem que eſt neutra in uim ſubſtantiuam
proferamus · et ſubſtantiuum id prius genitiuo
caſu perlocemus · quod ut frequens eſt eruditis
ac diſertis uiris · ita quoq̄ erit exemplo manifeſ
tum · Nam cum multam uirtutem dicturus ſum · ſi
multū uirtutis eius orationis loco poſuero · mul
to pretulerim uenuſtius · Multum enim pecunie
ſignificat multas pecunias · plurimum uirium · id

eſt plures uires·quid animi·quis animus quid rei que res·quid cauſe·que cauſa·aliaq; p multa·Sed id iam animaduertendū eſt·Nam ſi genitiuus ille caſus fuerit ſingularis·totā item orationē ſingulariter exponere debemus·ſin pluralis pluraliter Nam exempli gratia·Multum pecunie·idem eſt quod multa pecunia ſingulari numero·At contra multum pecuniarum·ſignificat multas pecunias· Similiſq; et aliorum ratio·ut multum laboris ſingularis ſignificationis eſt·plurium uirium pluralem quoq; habet ſignificationem·

Et aduerbia quoq; nonnulla uim eandē retinēt preſertim uero duo hec parum et ſatis·Nam parum ſapientie·parua ſapientia ſatis uirium id eſt ſufficientes uires·Et nihil quoq; ſiue nomen ſeu aduerbium ſit eandem ſepe obſeruantiam cadit· hec igitur hactenus·Quoniam autem ſingula hec fere inueſtigamus·id quoq; dignum inueſtigatiōe eſt·ut cum duo inuenerimus ſubſtantiua nomina quorum utriq; idem ephiteton aditiendum ſit·ut adiectitiuum principio collocemus cum conſequentibus ſubſtantiuis·uel cum geminatum uel duplicatum et preponamus Exempli uero cauſa afferātur Ciceronis uerba·Africanus ſingularis et uir et imperator·quod eſt Africanus ſingularis uir et ſingularis imperator·Propter magnam et doctoris autoritatem et urbis·Preclarus et miles et ciuis illuſtris tum uir tum phūs· Optimus tum patrie defenſor tum gubernator·Iuſtus et rex et iudex conſimiliaq; eodem modo ſe habent·

Et ſepenumero cōtra eūdē ordinē uni ſubſtā
tiuo ꝑpoſito duo adiectia aut plura deſeruiūt exē
ſunt q̄ nūc cōſtituam. Vir tum bonus tū etiā tem
perās. imperator et callidus et ſolers. ornamenta
ciuitatis tū multa tū p̄clara. Alia tuipe conIecta.
Nōnūq̄ duo ſubſtātiua ita ſe habēt ut alteꝝ uim
ſuā ubiqꝫ ꝯſeruet ac tueat̃. alteꝝ quaſi quendā op
tineat adiectiui nominis locū et eius fūgat̃ officio
quale ē uirgilianū illud in primo Eneidos. moleqꝫ
ꝛ mōtes inſup altos impoſuit. ac ſi dicat moleſtos
montes impoſuit.

Cauēdū ē ne ab honeſtate naturaqꝫ diſcedamꝰ
pinde ac ſi dixerit cauēdū ē ne a naturali honeſta
te diſcedamus. ſed tibi hec nota ſunt. Sed ne hiſ
toriā q̄ſi texens dicēdoꝝ ſeriē nectā. ita quoqꝫ pa
tefacerim ut ſeſe mihi forte q̄dadā obtulerint.

Ceteꝝ nō ignoras ut ip̄e arbitror extrema ſu
pina plerūqꝫ ornate ac peruenuſte ſignificare ge
rūdia accuſatiui caſꝰ. ad. dictōe ꝑpoſita. ut res dif
ficilis creditu eſt. ideſt ad credēdū. memorabilis
dictu id ē ad dicendū. iocūda uiſu id ē ad uidendū
uel auditu ad audiēdum. ſuauis guſtu ad guſtan
dum. ꝑ multaqꝫ cōſimili ac pari mō ſeſe habent.

Nec id amice lateat ut cum fuerit ſuplatiuum
quodpiam durum aſperūqꝫ. et ſuplatiue ſignificā
dum ſit. ut pro ſuplatiuo poſitiuum efferamus. et
ei ſuplatiuum aptumqꝫ apponamus aduerbiū. Nā
maxime memorabile facinus. eſt memorabiliſſi
mum facinus. Maxime rarum genus hominum. ē
rariſſimum hominum genus.

Sed et admodum et in primis poſitiuis adiūcta uim eandem retinent. Id autem nequaq̄ ſilentio preterierim. ut ſi quem ꝙ uirtutem habeat uelim mediocriter laudare. dicam exempli cauſa Pericles uirtute preſtans. princeps erat athenis uel ꝙ multa preclara geſſerit. Themiſtocles reb9 geſtis floruit Sin uelim uehemēter ac plurimū laudare adiciā gloriam ſiue laudem et cauſam laudatōis caſu genitiuo conſtituam. Pericles ut iſdez exemplis utar. uirtutis gloria preſtans athenis claruit Themiſtocles geſtaruz rerum laude emicuit. Sicq̄ M. Anthonio preſtabat eloquentia. mediocriter laudatur ac fere exiliter. L. craſſus eloquētie gloria excelluit uehementiſſime laudatur. ſed tu cetera pro tui ingenii bonitate deducito. Quotiēſcunq̄ nomina quod ipſe quoq̄ teſtatur grāmatic9 Seruius pluralis et ſingularis numeri connectunt̄ reſpondemus uiciniori. Vir primo eneidos. hic illius arma hic currus fuit non autem fuerunt. Terrētius in andria amantium ire amoris reintegratio eſt. xenofontis delitie mee ſunt hoſtes eorumq̄ exercitus properabat. atq̄ ita frequentius obſeruatur. Quod uero idem fit in diuerſis generibus Nam ſiue maſculinū ſiue femininum eſt uiciniori reſpōdeamus. ut uir ac mulier optima uenit. Intelligit̄ nāq̄ optimū eſſe uirum. et optimā mulierem qui uenit. uerum ſi plurali numero uelimus uti. ad maſculinum tranſire neceſſe eſt. ut uir ac mulier leti properant. Alexānder et Olimpias clariſſimi extiterunt.

Opere p̄cium eſt·quod peruenuſtum ē·ſigni
ficat modo utile eſſe· modo neceſſarium·modo io
cundum·modo laudabile·atq; his ſignificationibꝰ
id nominis ueteres uſurpabant·

Frui quapiam re·eſt fructum ſiue utilitatē ſiue
uoluptatem percipere ex ea ·ut cum quis dixerit
ocio fruor·

Preſeferre aliquid · eſt uerbis uel indiciis qui
buſdā id oſtendere·et quodāmō ꝯfiteri·ut·M·Ci
cero p̄ſefert grauitatē hilaritatē p̄ſefert Leliꝰ

Rationē habere·eſt reſpectū habere·ſed ut pla
nius exponam habere rationem alicuiꝰ rei·eſt rē
cōſiderare·ut habeo rationem temporis·loci pſo
narum·eſt ea omnia ratione complecti et conſide
rare·Hanc rem mente animoue cōplector·eſt hāc
rem conſidero ac uoluto in animo · et ſignificat in
animo habeo· Eſt animus mihi·ideſt uolo facere·
certum eſt mihi deliberaui et decreui·

Proſequor te honore·ē te honoro ·Proſequor
te laude idem eſt ꝙ te laudo·Proſequor te ꝓbro
eſt uitupero te·Proſequor te amore amo te ·Pro
ſequor te odio ideſt odio te habeo·

Benemeritus ſum de rēpu·eſt beneficiū in illā
contuli· Benemerentes de amicis ideſt conferen
tes in amicos beneficia·

Eque pro ita ac uel atq; pro ut uel q̄ ornatiſſime
ponitur exemplum eſt Eque te laudo atq; Cicero
nem ideſt te ſicut et Ciceronem·

Haud pro non·Secus pro aliter in eadem orā
tione uenuſte et continue ſe habent · ut Haud

ſecus ſentio eque atq̧ tu· ideſt ita ſentio ſicut tu·
Nō nūq̄ etiā pp̄ulchre comparatiua pro poſitiuis
ponuntur ut Alexander macedo corpus habebat
imbecilius quod imbecillū ſignificat·Satiri in ſce
lera uehemētius inuehuntur quod eſt uehemēter·
Do tibi hanc rem uitio· eſt uitupero te de hac
re·do crimini ideſt criminor·do laudi ideſt laudo
Sed nec illud quidem negligendum eſt· Nam
ſubiunctiuus modus pro indicatiuo· et illius tem
pora ꝓ huius temporibus interdum haud illepi
de ponuntur ut uelim pro uolo·gererem pro gere
bam·dilexerim pro dilexi·feciſſem pro feceram·
gratum fuerit pro gratum erit· feceris ꝓ facies·
demum id omnium multo ornatiſſimum eſt· etſi o
portunis locis agatur quod ubi factitandum ſit·
peritorū aures facile cēſebunt Quamobrem ex
ercitatio adhibenda ē·non mediocris·que omniū
magiſtrorum ſuperat precepta· Quod ſi quis no
uerit grecas litteras·ei quod modo explicandum
eſt non dificile pſuadetur·

Partim hominum uenerunt perſepe dicatur·
Aurogellio teſte·et eſt idem quod pars hominū
ideſt quidam homines·Nam partim hoc in loco ad
uerbium eſt· neq̧ inclinatur caſus· ſicut et cū par
tim hominum dici poteſt ideſt cum quibuſdam ho
minibus et quaſi quadam parte hominum ſed hoc
totum eſt ſplendidius·cum in oratione iterum fu
erit additū·ut eſt illud·M·Tulii in epiſtolis·Nā
qui iſtinc ueniunt·partim te ſuperbum eſſe dicūt
ꝙ nihil reſpōderis·partim contumelioſum ꝙ male

reſponderis · Et qui ciuitatibus preſunt · partim nobiles ſunt · partim populares · quod eſt aliqui nobiles ſunt aliqui pouplares ·

Id eſt etiam optimum cognitu · quod decimus quiſq; eſt unꝰ ex numero denario · ſicut milleſimꝰ quiſq; eſt unus ex numero millenario · hinc ē illud Ceſaris in cōmentariis · cognoſcit nō decimū quē ꝙ eſſe reliquum militem ſine uulnere · quo exēplo uti perpulchrum eſt ·

Quotus quiſq; homo idem eſt ꝙ quot homines quotus quiſq; miles · ideſt quot milites ·

Perq̃ dūtaxat una dictio pulchruʒ et poſitiue iūgit · ut perq̃ doctus phūs · perq̃ cōmunis amicꝰ ·

Quid illud nūquid non lepidiſſime uſurpamus ut in oratōe eadē iteruʒ alias · uſurpatū obtineat mō aduerbii q̃le eſſet ſi quis dicat · omnes homīes eodē ferme nati ingenio ſunt alias quid rideant · alias uero lacrimāt · omnes itē ciues alias boni al's mali nūquid iſdē ſunt moribus · M · Antonius iuit in caſtra · multifariā dicit · M · Antonius caſtra petiuit · in caſtra profectus ē ſe ad caſtra contulit · ſe in caſtra recepit · ſe ad caſtra perduxit ·

Hic habet uiginti annos · quod ueterū conſuetudine dicitur · contra pedagogicā opinioneʒ aliis quoq; rationibus dicit · hic uigeſimuʒ annum agit · degit uigeſimum annum · eſt uiginti ānos nactus · Sed hoc poſtremum magis oratori congruit · Cicero laborat in eloquentia · Cicero operaʒ in eloquētiam confert · Cicero in eloquētia operam ponit · dat eloquentie operā etateʒ in eloquētia cōſumit

Tempus in eloquentiã conterit · Studiũ incumbit
eloquentie .et alia deduc pro tuo iudicio ·

Habeo hanc rem in memoria · nõ minus uſitate
dicitur · ſed habeo ſiue teneo hanc rem memoria ·
Teneo hãc rem memoria · huiꝰ rei habeo memoriã

Obliuiſcor uoluptatis uel cuiuſcũqꝫ rei · Volup
tatis me cepit obliuio · Amicoruꝫ me cepit obliuio
et ſic idem uerbum cum ceteris nominibus iũctuꝫ
diuerſa ſignificat · cõſiꝉi ordine ut capit me ſocie
tas ciuitatis · capit me hominum odium ·

Virgilius rus incolit · ciuitatem habet · perpul
chre dicitur cum teneo ſiue etiã cõtineo uerbo · ut
Virgilius ruri ſe continet · tenet ſeſe in urbe ·

Si quis uellet oſtendere aliquã rem aliam ante
cellere et ultra illaꝫ ualere · uenuſte dicitur uel ꝑ
accuſatiuum prepoſita preter uel cum pre ablatio
prepoſita · ut Ceſar ultra alios pollebat rebus bel
licis pulcherrime dicitur Ceſar preter ceteros re
bus bellicis pollebat uꝉ pre ceteris pollebat ·

Lelius habet faciles mores uel facilem naturã
ornate dicitur Lelius eſt leui ingenio natus · faci
li natus ingenio · uel facillimis moribus · Scipio na
tus eſt triſti ingenio et de reliqs cõſimiliter ·

Valeo & polleo · uerba ſplendida ſunt et latiſſi
me patent · et ablatiuo caſui coniunguntur · hoc
pacto Aurelius Auguſtinus plurimũ ingenio ua
luit · Milo corporis uiribus plurimũ ualuit · Ipocra
tes ingenii bonitate · Mitridates memoria · M · ca
to in ciuitate plurimũ autoritate pollebat · Clareo
et floreo uerba eadẽ ferme ratione ſe habent ·

Id q̄uoq; ānnotatu digniſſimum uiſum eſt·Cuʒ
poſitiua uelimus augere nomina·ut iis per prepo
ſitio accedat·Cicero in epiſtola ad curionē·Carus
eque ſis ac piocundꝰ·Idē de oratore primo·Per
beati·Quinte fratre illi uideri ſolent·Terentius
in eunucho·Perpulchra credo dona haud noſtris
ſimilia·Nam pergratum ualde gratum ſignificat·
Et in oratione lepide pſonat·
Atq; ſuperlatiuis multo·longe·et q̃·aduerbia p̄
ponimus idq; ſepenumero pulcherrimuʒ uideri ſo
let·ut longe amantiſſimus noſtri·Multo omnium
fortunatiſſimns·Et ago tibi q̃ maximas gratias·
Comparatiuis uero uel multo uel longe p̄poni
ſolet·ut iuſtitia multo preclarior eſt omnibꝰ uir
tutibus·et Socrates longe aliis philoſophis ſapiē
tior eſt·
Illud nequaq̃ omiſerimus·Quom enim nomina
que ꝓpria ſunt profecta a grecis tertie flectionis
et obliquos caſus habētia que rectum ſuperent
latini oratores frequentiſſime ab actiuis illorum
quibuſdā immutatis fingūt aliaꝝ declinationum
nomina·et genus ſeruāt·Qualia poematum enti
692memat ū·delphinus elephātꝰ·et lāpada·exiſtūt
que a pleriſq; tertie flectionis proferunt·Poema
poematis·entimema·delphin·elephas·lāpas·hāc
obſeruationē tu diligēter obſerua et commenda
memorie.
Quom autē uolumus oſtēdere aliqd nobis iocū
duʒ honeſtū utile eſſe cū datiuis cū uerbo utimur
ſum es ē ſubſtātiuoruʒ quorū illa accidētia ſunt·

Nam ne ab exẽplis diſcedamus · qd aliud ſignifi cat · hec res iocũditati mihi ẽ · q̃ hec res ẽ mihi iocũ da · Idẽ denique ipſum · Tue mihi fuerũt littere gau dio · quod eſt ad gaudiũ · ul' gaudiũ mihi attulerũt Eodẽque pacto leges dignitati reipub · ſũt · Precla ra urbis edificia ciuibus decori ſunt · uitia dedeco ri ſũt uiris ideſt dedecus pariũt hoĩbus · Deque ce teris cõſimili ratõe · Verbũ afficio ꝑpulchrũ eſt et late patet · Nã afficio te uoluptate · tibi uoluptatẽ affero · Afficio te honore · ideſt honotẽ tibi affero afficio te laudibꝰ · ideſt laudo te · afficio te ꝓbro ideſt uitupero te · afficio te cõmodis ideſt facio ti bi cõmoda · afficio cadauera ſepultura · ideſt cada uera ſepelio · afficio inimicos iniuria · ideſt ĩimicis facio iniuriã · At ſimiliter · afficior dolore ideſt do leo · Afficior gaudio · ideꝫ ẽ quod gaudeo · afficior uerecũdia idẽ ẽ quod uerecũdor Latiſſimeque ẽ hu ius uerbi uſurpatio · Nec tamẽ lateat · me afficer̃ ſignificare diſponere · Hinc ẽ plinii illud · uiua uox magis afficit · Neque eniꝫ ſine optimis cauſis tã lata tanque diffuſa ẽ eius uerbi ſignificatio · ſed de hoc ſatis · Nõ ẽ autẽ ignorãdũ qꝫ ſi duo aut plura duo bus qꝺ ꝑraro uſu uenit · ſi illa pariter ſe habuerit utrique · tũ dictioneꝫ ꝓponimus qꝺ liqueat exemplo par ẽ · m · C · lelio doctrine uirtus · quãtaque eius uiri probitas tãta quoque eſt et eius ſcientia · Tũc recte ac expedite dixeriꝫ · Lelius uir tũ doctus ẽ tuꝫ ꝓ bus · Idẽque magna ineſt · m · C · Lelio · tũ uirtus tum doctrina · C · Lelius plurimũ tum laude tum rerum ſciẽtia ualet · Aliud item exemplum · Temiſtodes

Ego apud diuū Ceſarē ml'tū ſiue poſſū ſiue ua
leo·ornate ac ſplendide dicit·apud diuum ceſarē
plurimum mea ualet autoritas·

Hortenſius multum poteſt in ſenatu ornatius
dicit·Multū Hortēſii in ſenatu autoritas ualet·
que potiſſimū ſignificat eā opinionē que eſt apud
homines de alicuius uiri preſtantia que uulgo ac
trita conſuetudine reputatio nuncupatur·

Ceterum id pbellū eſt·eſt mihi apud te fides·
tu mihi adhibes fidez·quod eſt accuratius aduer
tendum·nam plerumq; ſolet ſum·es eſt·uerbum
datiuo iunctuz ſignificare habere·et quodammo
do poſſidere·ut eſt mihi pecunia·eſt Ceſari mag
na poteſtas·illud deſignat me habere pecuniam·
Ceſarē magnā poteſtatē habere·cuius cōſtructio
nis crebra apud priſcos diſertos uiros obſuatō ē

Ego recordor hāc rez potius q̄ huius rei dicit·
idem dicit huius rei ſubiit me recordatio·hec res
mihi in mentē uenit·ſed magis proprie in mentē
uenit·eſt mihi occurrit uel ſuccurrit quod poſtre
mum minus uſitate dicitur·

Preſto et antecello que uenuſte perſonāt uer
ba·alias ablatiuo uel datiuo pulcherrime iungun
tur·cuz acceſſione ablatiuorū eius rei cuius ē pre
ſtantia·Vt antecello tibi ingenii acumine·Sepe
numero quoq; frequētatiua uerba que appellant
primorū uerborum a quibus originem traxerunt
ſignificationem retinent·pſertim ſi prima illa aſ
periora fuerint·ut coniecto pro cōiitio·māſito pro
maneo·imperito pro impero·āplexor p āplector·

et alia item pene innumerabilia ſi quando uerbi aſperitas illa cõtingat quod eruditorũ iuditio derelinquimus.

De uerbis adiecta prepoſitio perſepe cõtrariã mutat ſignificationẽ ut precor et deprecor cõtraria ſunt. hortor idẽ et dehortor nõnunq̃ idẽ. dic. efficit prepoſita. ut ſuadeo et diſſuadeo q̃uis in iſdẽ uerbis nõnunq̃ auget ꝑ potius q̃ uim cõmutet.

Ex et de compoſite uehemẽter amplificant ut exoro quod ab ex et oro deductũ eſt. et ſignificat impetro. Terentius in andria gnatã gnato ut det oro uixq; id exoro. ſic et ſuadeo et etiã pſuadeo et ſuadeo ſignificat oratoris officium quod eſt benedico. atq; pſuadeo benedixiſſe deſignat quod ẽ oratoris finis ideſt impetro atq; obtineo. unde et crebro non ſolum ſuadeo. ſed etiam pſuadeo. ſed et facio ác perficio explorata ſunt.

Plurimũ etiã orationẽ ac ſermonem exornat aduerſatiuo mõ. quamq̃ aduerſatiua indicatiuo coniungatur. quod ubiq; M. Cicrero ſeruauit. alii q; doctiſſimi. ſed huius exẽplũ ſit quamq̃ te ante hac diligebam. nũc tamẽ ob ſingularem uirtutem uehementer admiror. Nam tria ſunt que quodaʒ ſibi inuicem ordine cõiunguntᷣ. quorũ primuʒ ac leuiꝰ ẽ diligerᷣ. poſtremũ admiror qđ uehemẽs atq; principium ẽ et eorũ mediũ obſeruo. qđ ẽ uereor et colo. ex quo obſeruãtia etiam reuerentiam ſignificat. Sed itẽ aliud exemplũ. Quamq̃ mihi ſunt amicorum omniũ iocunde littere. tue tamẽ iocundiſſime fuere. Sed et per tamen ſed quãuis raro

10

collocamus·ut quãq̃ mihi antehac carus eras·ſed nunc profecto cariſſimus es·

Adhec illa duo orationẽ peruenuſtam ſibi red dunt inuicẽ reſpõdentia·quorum alterũ eſt·nõ ſo lum ſiue non modo. ſeu nõ tantũ·alterũ eſt·nõ ſo lum·ſed etiã uel·uerũ etiam uel loco etiam prepo ſita quoq; et aliquibus interiectis quoruȝ omnium exempla ſubitiam·hec mihi res non ſolum grata· ſed etiã iocunda eſt·M·Antonius nõ modo erat· Ciceronis inimicus· uerũ etiam hoſtis patrie·M· Cato nõ tantũ ingenio ualebat·ſed uirtute quoq; florebat plurimũ·Alexander nõ ſolũ reliquum or bem ſubegit·uerũ etiam quoq; ipſum Romanum imepriũ cogitabat attingere·et ſic tam et q̃ cuȝ ſi bi reſpõdeant·ut tam cara mihi patria eſt q̃ iocun de uita·ſed facile tute hec intelliges·

Pro eo autẽ quod ceteri exprimere cõſueuerũt pronominibus addentes uel te uel met·ſillabicas adiectiones·Cicero potius idem efficit·hoc ꝓno mine ipſe ipſa ipſum·et illorũ fere adiectionem·lo cuȝ obtinet·ut egoipſe magis q̃ egomet tuipſe·il leipſe·noſipſi uoſipſi·illiipſi·ut nunq̃ ſecus dicen dum ſit·

Tu mihi familiaris es·ego te utor familiariter tu mihi amicus es·ego te amico utor·tu mihi magi ſter es·ego te magiſtro utor·ego tecũ frequẽter uerſor·frequẽs mihi tecũ eſt cõſuetudo·que ſepe conuerſationẽ ſignificat·habeo tecuȝ magnã ami citiam·magna tecum eſt mihi amicitia·et iteȝ alia permulta·ut ſunt mihi cum omnibus malis uiris

11

inimicitie · nam rectius inimicitias dixerim9 plurali numero q̄ ſingulari ·

Sed neutra uox ac potiſſimū in cōparatiuis nominibus tū femininā reddit, tū maſculinam · ut nihil eſt hoc homine melius · fere eſt idē quod null9 eſt hoc homine melior · nihil eſt hac uirgine formoſius · quaſi idem nulla uirgo eſt hac uirgine formoſior · et in ceteris aliquando conſimiliter ·

Munus pro officio ornatiſſime dicit̄ · ut hoc eſt amici munus · idem et amici officium · fungor boni uiri munere · ferme idem · et facio boni uiri officiū Sed et partes plurali numero cōſimilez habēt ſignificationez · ut mee partes ſunt · uel officiū meuz eſt · uel ad me pertinet ·

Atq̧ etiam memini rectius atq̧ uſitatius · ſi accuſatiuo iungit̄ q̄ genitiuo · ut memini platonis ſētentiam · Virgli · in buccolicis · numeros memini ſi uerba tenerem · nec mirum ſi in his que ſunt poti9 ſolute oratōis · Virg · maronis afferā teſtimōniū quē nō ſolum poetam egredie eruditū · ſed et rethorice artis ubiq̧ obſeruātiſſimuz fuiſſe cōſtat ·

Peniuet me quid ſignificet notiſſimū eſt · ſed et pparum uidet̄ uſurpāt oratores et preſtantes doctrina uiri · ſed idem pſepe uerbū uariis cōſtructionibus poſitū · haud eandē retinet cōſtructiōis uim · ut uaco huic rei · ideſt attendo huic rei · uaco hac re · ideſt hac re ſum uacuus · et id quidem ornatiſſimtm ē · ut boni uiri dant operam ut perturbationibus uacent · ideſt liberi et uacui ſint ·

Caueo uerbuz et ſi ſepe pro uideo ſignificat ut

cautum ita eſt lege perornate tamē accuſatiuo iūctum pro uito et fugio uſurpant eloquentes uiri. ut turpes ingenii uiri cauent mores.

Animaduerto idē eſt fere ꝙ uideo. et quodam modo intelligo. et animaduerto cū accuſatiuo cōſtructum. in. prepoſita idem ſibi uult quod punio. ut Speuſippus animaduertit in ſeruuꝫ Platonis ideſt puniuit platonis ſeruū exquo animaduerſio punitionem ſignificat quādam nōnumq̄.

Atqꝫ item refero tibi hāc rem. ideſt tibi narro. hanc rem. ſed refero ad ſenatum. refero ad populum hanc rem eſt pono hanc rem in cōſultatōe uł populi uel ſenatus. qui uſus uerbi eius apud hiſtoriarum ſcriptores frequētiſſimus eſt.

Quid uarii quoqꝫ caſus eidem uerba ſepeiūcti. nōne magnā ac longe diuerſam uim habēt. q̄le ſit do bibaculo ad Ceſarē litteras. Nā danꝛ bibaculo deferenti. ut Ceſari reddat ad quē mittunꝛ litteree. eas igiꝛ leget Ceſar. bibaculus uelut tabellarius quidā deferet. Nam qui defert litteras cōſueuit tabellarius appellari. Verū ne quid huius nūc ignores. dare litteras. ſignificat ſcribere ſiue mittere illas. Nec te fugiat ꝙ pro epiſtola dicimꝰ litteras plurali numero. nec obſtat poetarū cōſuetudo. et pro una epiſtola dicimus unas lrās. nā id nomē cū his q̄ pluraliter ſolū declinanꝛ pluralem quoqꝫ retinet numerū. ut une nuptie. une bige. una menia. Sed ut ad propoſitum redeam. ꝓ duabus epiſtolis dicimus binas litteras. nō autē duas. ꝓ tribꝰ epiſtolis ternas lrās. ꝓ quatuor quaternas

et que deinceps reliquā ſunt cōſimili ratione.

Infinitiua oratio ꝑ cōiunctiua ꝑquā pulchra ē ut uolo te ad me ſcribere. cupio te Athenas proficiſci. et illud Terentianū et quid ego te in hac re uelim. ſignificat enim. quid uelī quod tu in hac re facias. uelim ciues omnes unanimes eſſe. ideſt qđ unanimes ſint. et cōcordes. Sed hoc tibi ſit cōcinnius. ubi nullū ſit ambigui ſermonis diſcrimē. neq enim omnino rectum ſit ſi quis dicat. uolo te me amare. quāuis plerūq id ſuppoſitiōis locū habeat. q īfinitiuū ꝟbū imediatius preceſſerit ut puto Pirrum Romanos uincere poſſe. ideſt credo q romani poſſint Pirrū uincere. Sed id ꝑ uiribus caueat orator. quod modo preceptū erat. de cōiūctiua atq infinitiua oratione. precipue in abſolutis uerbis. uel ubi alteri casui fuerit adiecta prepoſitio. ſeruandum ſit.

Ex uel e prepoſitiones. ꝑ. a uel ab. et ſepe de. ornate ponunt. ut audiui ex maioribus noſtris. ꝑ a maioribus. Accepi e tuo patre. uel etiā de tuo patre. quero ex te. ideſt a te. quod eſt te conſulo et te interrogo. quod aduerte et uſui trade.

Pro ornate ponitur loco in. et ſecūdū. ut pro roſtris. ideſt in roſtris. pro tribunali ideſt in tribunali. et alia ꝑ uiribꝰ tuis. ideſt ſcđdm tuas uires. pro tui ingenii bonitate. ideſt pro uirili tua. alias pro uiribus animi tui. et ſimilia.

Sub cōpoſita. aut clam aut dimiutiue ſignificat. ut ſubmouit me. ꝑmouit me. clam atq occulte. aut parum. ut ſubiraſcor tibi. quod ē paululū iraſcor.

Morem gerere · per ornatũ uerbũ cõplacere ſignificat · atq; obſequi · Inde moriger morigera morigerũ, quod a moroſo · quod difficile ſignificat · a moratum · quod miſticum plurimum differt ·

Conſequor pro exprimo pulcherrime eſt · non poſſum igitur uerbis cõſequi · ideſt uerbis exprimere · litteris cõſequi ideſt p litteras explicare ·

Metuo ac timeo uerba aliquãdo multis caſibus cõiungunt̃ · ut metuit cicero · a · p · clodio ſibi extremũ periculuꝫ · timeo abs te mihi mortem Nõnunq̃ abſolute ponunt̃ datiuo ſoli iuncta · ut metui Phãphilo · Pamphili uite timeo · Sed hic eſt potius poeticus uſus ·

Euado pro fio et efficior · ornatũ uſitatũq; eſt · ut Cicero euaſit eloquẽtiſſimus · Ariſtoteles euaſit ſummus philoſophus · Ceſar uero inclitus imperator · et de aliis quoq; conſimiliter ·

Fore futurãm ſemp habet ſignificationeꝫ et ẽ idem quod futurum eſſe · M · Cicero de oratore libro ſecundo loquẽs de Hortenſio · quẽ quidẽ ego cõfido omnibus iſtis laudibus · quas tua oratione cõplexus es · excellẽtiorẽ fore · et craſſum fore dicis · inquit · ego uero eſſe iam iudico ·

Quid inter dimidiuꝫ · ac dimidiatũ interſit noſce putile eſt · cum enim dimidiatũ ſit quaſi in ſuas partes diuiſum · niſi ubi aliquid diuiſum non ſit dimidiatũ dici nõ poteſt · dimidiũ uero appellat̃ · nõ q; ipſum diuiſuꝫ ſit dimidiatũ · ſed que ex dimidiato pars altera eſt · non igitur recte quis dixerit p ſententia · M · uarronis · ut ait Aurus gellius in

noctibus athicis ·dimidiū librū legi ·ideſt dimidiā
fabulā audiui ·ſed dimidiatū librū· et dimidiatam
fabulam recte quis dixerit ·et dimidiatū digituʒ·
qđ exēpli gratia appellamꝰ · ſed alterutrā partē
dimidiū quod ē accurate diligēterq̃ inſpiciendū·

Plurimū aūt cōducit nobis intelligere que ſint
nominū differētie · ac uerborū diſcrimina· nam ea
quoq̃ res mirūimmodū orationem exōrnabit· ut ſi
quis nouerit ·quid differāt · p̄ſum et interſum · In
ter ſeſe uerba pulcherrime quis dicat ·M ·Cato
in publicis negociis ·nō interfuit ſolū ·ſed prefuit
quorū illud ſignificat comitē eſſe alicuius rei ·hoc
uero ducem ·Ego uero nō ſolū cōfiteor · quod ē p
uim ·ſed etiam profiteor ·quod quidē eſt ſpōte ·et
apud ·M ·Tulliū p̄ſepe legitur ·tibi gratulor mihi
gaudeo·nā gaudemus nobis ·gratulamur aliis ·et
tibi ago gratiā · qđ quidē eſt uerbis ·refero grām
qđ ē re ac factis habeo gratiā qđ ē in animo debeo
gratiam ·ubi aliqua obligationis uis cernitur·

Item optimū ē nō ignorare nominū differenti
as ·ut uberior atq̃ ornatior noſtra reddat᷑ oratio·
hec res mihi cōducit ·ē idē ·q̃ mihi hec res utilis ē·

Et q̃ ceteri plerūq̃ dicūt ·dono tibi hāc reʒ pul
crius dicit᷑ ac ſplēdidius · dono te hac re· Vt miles
nauali corona donatus eſt ·Sabinos romani ciuita
te donarūt ·quod eſt ciues fecerūt quod idē dicūt
Sabinos Romani in ciuitatem acceperunt·

Interdum uero et prepoſitio que nomini ac ca
ſui p̄ponitur · pulchrius uenuſtiuſq̃ uerbum p̄ceſ
ſerit · in quibuſdam uerbis quale eſt ·ſi quis dicat

eo ad te āc potius dicat · adeo te · et loquor ad te ·
potius te alloquor · cedit uita · decedit uita · cedit
ex humanis rebus · excedit humanis · et in alijs q
buſdam conſimili pacto ·

Minus aduerbiū · q̄q̄ ſepe ſignificat · non · nō nū
q̄ tn̄ cū poſitiuo cōiūctū · cōtrarie ſignificatōis cō
paratiuum demonſtrat · ut Terētianum illud · Phe
dria nēo fuit min9 ineptus ꝓprudētior · et ſicnēo
te fuit min9 formoſ9 · i · formoſior · et ita ꝺ reliqs

Quotiens multos · aut dies dicimus aut annos
per accuſatiuū caſum intelligemus iungere tēpo
ris circulum · et fere cōtinuum · ſed per datiuū ſig
nificatum annorum ſiue aliquot dierū interiectio ·
intermiſſioq; quarē ut ait Marcellus optantes re
ctius accuſatiuo uti debent · ſi quid ad ſecūdaȝ for
tunam attineat · intereſt igitur ſi quis dixerit · ita
decem annos in re militari uerſatus ſum · decē an
nis dedi rebus bellicis operam ·

Cordihomo inflexibiliter · cordi hominis cor
di homini · ut Priſtianus inquit · ſignifitat iocun
dus · iocūdi · iocūdo · ſicut et frugi · Sed ſatius mea
ſententia Marcellus opinatus eſt · dicit enim cor
di eſt animo ſedet · nam hec res mihi cordi ē · id ē
placet · Terentius in andria · tibi hee nuptie ſunt
cordi · M · Cicero de perfecto oratore · flumē aliis
uolubilitasq; uerborum cordi eſt · et Lucilius pro
be declarat · cum iuquit · et quod tibi magnopere
cordi eſt · mihi uehementer diſplicet ·

Tantiſper quod quaſi eſt · tamdiu or̄nate poſt
ſe poſcit · dū · qꝺ ferme eſt · donec · ut illud Terētii

in eatantumerumeron · Tantiſper te dici meũ uo lo · dũ quod te dignuȝ eſt facies · ego tãtiſper magna uoluptate afficior · dum apud te uiuo ·

Tu mihi carus es · ego te amo · Tu mihi iocũdus es · ego te delector · Sed oblecto et delecto non ſimiliter conſtruuntur · nã dicimus delectat me hec res · ſed oblecto me hac re · ut delectat Socratẽ uite integritas · Pittagoras ſeſe uirtute oblectabat · ego me oblecto ruri ·

Fero hanc rem pacienter · ſeu pacienti ãnimo · ſplendidius dicitur · ego hãc rem facile patior modeſte fero et moderate · et equo animo · et contraria ſignificantia aduerbia · grauiter · acerbe · egre moleſte · et iniquo animo · hec mihi iocũda res eſt · et hec res placet · et que moleſta eſt diſplicet ·

Affero cõmuniſſimum uerbum eſt · et quo multis locis uti poſſumus · ut ſecunda fortuna affert mihi uoluptatem · ideſt me dilectat · aduerſa fortuna affert mihi dolorem · ideſt dolet mihi · naȝ dicimus · hec res mihi dolet · et doleo hanc rem · Sed redeo unde digreſſus ſum · littere tue afferunt mihi admirationẽ · ideſt afficiunt · ut admirer · affers teſtimonium · ideſt teſtificaris · et item · diſperſa ac uaria eſt huius uerbi ſignificatio · ſeu obſeruatio ·

Perinde perornatiſſime poſtulat poſt ſe · ac · uł atq; · et totum ſimul · perindeac · uel atq; · habȝ eandem uim · et tanq̃ · ut Camillus perinde atq; omniũ ſapientiſſimus · et Cherea perindeac foret Eunuchus · et de hac re ſatis dicta hec ſint ·

Coeo non ſolū abſolutum eſt·ſed nōnūq̄ perue
nuſte caſum habet accuſatiuū abſq; p̄poſitione·ut
coeo ſocietatem tecuꝫ·et hinc illud Gellii in nocti
bus athicis·de pittagora deq; eius cohorte·quod
quiſq; pecunie familieq; habebat in mediuꝫ dabat
et coibatur ſocietas inſeparabilis · ſed et Cicero
eopacto alibi eſt eo uerbo uſus·

Mille hominū numero ſingulari ſignificat mille
homines·et mille hominū interiit·hoc eſt mille ho
mines interierunt·mille militum uulneratū ē·id ē
mille ſūt uulnerati milites·idq; ornatū uſitatūq; ē

Primus ſignificat ordinem·quod conſequitur
ſecundus· terciꝰ·ꝛ deinceps alia eius ordinis no
mina·tamen multotiens ſignificat principalem·ut
hic eſt noſtre ciuitatis unus omniū primus·Sepe
ſignificat optimum·ſed id poſtremum in raro eſt
oratorum uſu·

Interdico tibi hac re·non hanc rem·ut interdi
co tibi aqua et igni·et Pliniꝰ ſecūdus in epiſtolis
carent toge iure quibus aqua ꝛ igni interdictū ē·

Nūc uero ad reliqua·neq; enim niſi inuitus ob
miſerim·quod que nomina ad numerum ſpectant
in eorum pluralibus genitiuis ſincopen efficiemꝰ
idq; uſitatum eſt cū ad exornandam pertinet ora
tionem·ut mille nūmū potius q̄ mille nummorum·
mille denarium·mille aurium·tot millia argentuꝫ
et ita de reliquis·quod in genitiuis omnium nomī
num ſecunde declinationis frequenter efficiunt·
ſed proſam ſcribentes et ſolutam orationem in
noībus ſolū numeros et mēſuras ſignificātibus·

Atq͂ in numerorum nominibus eam plerumq͂ ſeruamus conſuetudinē. ut et citra centenarium numerum ſi quando poſt uiceſimum duo numeri cōmemorandi ponendiq͂ ſunt. ut eoruꝫ minor precedat. maior ſequatur ut hic eſt unum et uiginti annos nactꝰ. duos et uiginti annos uiximus. tres et quedraginta dies nauigaui. quatuor et quadragita annorum conſumpſi etatem. Sed ultra centenarium et citra uigenarium. tritum ac uulgarem ſeruamus ſermonem.

Quod autē ſicut duo de uiginti nōnūq̄ dicimus et duo de triginta. ita et duo de uiceſimo die. ꝛ duo de triceſimo maximū ē. ꝓ nō id quidē in frequenti eſt oratorum uſu.

Quid indies nōne pulcherrimū ē. ac ſignificat ꝑ ſingulos dies ꝛ quotidie ſed cū quodā incremēto ut tua indies accreſit uirtus. indies homines ſapiunt. Stultorum numerus in dies augeſcit inſania

In uerbis tā actionē q̄ paſſionē ſignificātibꝰ. ꝯſiderare debemꝰ uarias uocū inflectōes atq͂ exitꝰ et mō his mō illis uti. ꝓ auriū iuditio. ut fuere pro fuerūt. amarūt ꝓ amauerūt. uidere ꝓ uideris. ita norim ꝓ nouerim. triūpharat ꝓ triūphauerat. et de aliis quoq͂ eodē mō. ſed ne q̄d cōtrā grāmatice artis p̄ceptiones ac iura ꝓuidendum eſt.

Quin ꝑticula. quomō uel inceperit. uel exhortetur. quomodo iteꝫ confirmet. et quomodo interroget. ſatis exploratum eſt ſed nos ea pulcherrime utimur cum dicimus non poſſum quin geſtiam. non poſſum quin doleam. nō poſſuꝫ quin admirer.

ſignificat enim fere non poſſum me continere ut non geſtiam non poſſum me continere ut non doleam · non poſſum me continere ut non admirer · et ita de ceteris conſimiliter ·

Quid illud nonne preclarum eſt uſu. locus eſt huic rei · multum loci eſt gaudio · plurimum loci eſt tranquilitati · et Terētiaṇ dauus · nihil loci ē segnitie · ſignificat enim omnia hec · uel oportere nos letari · uł tranqllos eſſe uł uoluptate affici · uel negligentes ac ſegnes eſſe · et ſic in aliis eiuſmodi conſimiliter ·

